



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

Strenvis, Prænobili Et Antiqva Stirpe natis viris-juvenibis, Iurium Studiosissimis. Dn. Henrico à Sebottendorff Kunitz. Dn. Cunrado & Börstel in Güosten & Plötzkaw.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

STRENUIS, PRÆNO-
BILI ET ANTIQVA STIRPE
natis viris-juvenibus, Iurium
Studiosissimis.

DN. HENRICO à Sebotten-
dorff in Kunitz.

DN. CUNRADO à Børstel
in Büosten & Plöbkatw.

S. P.



Vanta sit Tractatum Alexandri Moneta
de Opione Canonica & de Decimis utili-
tas, ipsimet, Nobilissimi viri juvenes, per-
spectū habebitis, & ex aliis Dd. & scripto-
ribus percipere poteritis, imò materia in-
super dignitas & necessitas satis seipsam
commendat. Hi Tractatus primū typis soceri mei Pauli
Egenolphi exscripti fuere, quibus exemplaribus ab illo tempo-
re huc usq; divenditis, ne thesaurus hic aliis quasi denegaretur,
gravissimi jurisq; peritiā excultissimi viri novā editionē
libelli huius extorserunt. Quorum monitu & aliorum simul
desiderio impulsus operam ego meam nolui denegare, sed pa-
rendum ratus editionem preparavi. Quod verò libellum hunc
iteratō editum V.V. N.N. dedicare & inscribere voluerim,
impulit me singularis vester in studium juris affectus, com-
movit præclara vestra indoles, & ingenium excellens, cui in
hoc gravi & amplo studio tanquam latissimo Campo exer-
ceri & exacui volupe est, quo minus dubito, quin gratissimus
futur-

futurus vobis sit labor hic meus. Movit me præterea perspecta antiquissima familiae vestrae nobilitas, summa vitæ integritas, summa comitas ac facilitas, maxime in eos, qui quoquo modo studiis inserviunt, literisq; famulantur, quam observare ut volui, ita merito debui. Ea enim vera ac solida bona, ut cum hujus vitæ bonis conferri nequeunt, ita eò magis suscipienda sunt. Eadem virtutum bona in Nobilissimo Abrahamo à Sebottendorff parruele, Nobilissime Henrice à Sebottendorff, aliquando Gissa studiorum gratiâ commemorati lucere vidi, qui certè benignâ affectione me semper prosecutus fuit. De te verò, Nobilissime Cunrade à Börtzell, elogia virtutum similiter nō ex consuetudine, sed verè prædico, siquidem popularitatis ratione mihi cum nobili familia jam diu singulariter notus es. Breviter, si in presentia mihi decretum esset generis utriusq; vestrum panegyricum contexere, nulla posset par reperiri laudatio. Offero ergò vobis, Nobilissimi viri, hunc libellum, quem, ut animo benevolo ac placido accipiatis, mihi meosq; favoris sacrarium pandatis, locum inter eos, quibus favoris & benevolentiae auram adspiratis, relinquatis, & patrocinio me meosq; vestro complectamini, majorem in modum contendo, & eâ quâ par est observantiâ, rogo: Me vobis ad servitia quovis tempore promptissimum & devinctum sciatis. Valete bene & feliciter. Dab. 21. Martii. Anno recuperatae salutis, 1628.

Nobilitat.

V. V.

omni observantiâ colens

Nicolaus Hampelius, Acad. Typogr.

FLA-